ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. fGB 603

Tisengia

Antevergine, 11 gennaio 1960

Curia Generalizia - Roma

(Arch. Somasca)

Antwerpiae, 11a jan. 1960.

Reverendissimo Patri J. B. Pigato Josephus IJsewijn
S. P. D.

Benignis ac amicissimis tuis litteris valde gavisus sum. Pro libellis, quos mihi misisti, unam e commentatiunculis meis, modestum ἀντίδωρον tibi reddendum cursui publico tradidi. Carmen in "Latinitate" editum, etsi noveram, incuria mea in chartulam priorem non rettuli. Unum erat, quod in altera scidula tuo nomine inscripta notaveram. Quae scidula in charta conscribenda me fugit. Mihi des veniam, quaeso! Est tamen aliquid, quod nondum recte scio: praemium illud Mingarellianum utrum semel tantum anno 1951 poetis propositum sit an saepius. Nullum autem victorem praeter te in commentariis, q. t. "Aevum" 25 (1951) pp. 504-11, alio ve loco invenire potui. Vale!

Observantissimo animo te salutat

[signature]

N.B. Liceatne nobis aliquod fragmentum e carminibus tuis in "Anthologiam poetarum latinorum viventium", quam parat J. Eberle Stutgardianus, inserere?

Naam en adres van de afzender | Nom et adresse de l'expéditeur

Dr. J. IJsewijn
Ploegstraat 10
Antwerpen
(België)

POST CARTE



Rev. Patri G. B. Pigato C. R. S.
Collegio Convitto GALLIO
Via Gallio, 1.
COMO
(ITALIA)

Antxuerpiae 11 ian. 1960

Reverendissimo Patri J.B. Pigato Josephus Jisewinius S.P.D.

Benignis ac amicissimis tuis litteris valde gavisus sum. Pro libellis, quos mihi misisti, unam e commentatiunculis meis, modestum ἀντίδωρον tibi reddendum cursui publico tradidi. Carmen in " Latinitate " editum, etsi noveram, incuria mea in chartulam priorem non rettuli; unum erat, quod in altera scidula tuo nomine inscripta notaveram. Quae scidula in charta conscribenda me fugit. Mihi des veniam, quaeso! Est tamen aliquid, quod nondum recte scio: praemium illud Mingarellianum utrum semel tantum anno 1951 poetis propositum sit an saepius. Nullum autem victorem praeter te in commentariis, q.t. " Aevum " 25 (1951) pp. 504, aliove loco invenire potui. Vale. Observantissimo animo te salutat

J. Ijsewin

N.B. - Liceatne nobis aliquod fragmentum e carminibus tuis in " Anthologiam poetarum viventium latinorum ", quam parat J. Eberle Stutgardianus, inserere?